Fragmentarium

uacuo et tamen diuersantur in hoc uno. Hii quidem dicunt
ipsum esse unum mediorum. hii autem unum extremo
rum. alii uero dicunt ipsum esse corpus. quantum
medium inter ea. quidam uero dicebant quod hec .iiii. elementa
sunt composita et istorum quidam componunt ex superficiebus
ut Plato et quidam ex corporibus indiuisibilibus et quidam
dam ponunt uacuum et quidam non. et cum ipse
destruxit causam grauis et leuis secundum opinionem
dicentis elementa esse composita siue dicat esse uacuum
siue non. uult etiam destruere causam grauitatis
et leuitatis secundum opinionem dicentis elementa .iiii. esse sim
plicia non composita et dixit. ponentes autem magnitudinem
corporis etc. et intendit per magnitudinem et paru
itatem spissitudinem et subtilitatem et intendit
per eorum quatuor elementa et per eos intelligit per corpus partes
indiuisibiles. sed primum est manifestius propter hoc
quod diximus post et dixit. quia qui sunt propinquiores
ad esse quam dicentes uacuum esse .i. quod sermo eorum
est propinquior nature aut uero est eorum propinquior
uero quia non indigent uacuo quod impossibile est esse et
etiam est magis naturalis quia demonstrationes tales de
bent esse ex causis naturalibus. uacuum autem
quamuis esset non esset causa naturalis. cause enim
naturales non sunt nisi .iiii. famose. Deinde dixit. di
cunt enim quod .iiii. elementa etc. .i. et sermo eorum propinquius
est ueritati. quia causant grauitatem et leuitatem
existentes in .iiii. elementis de rebus insensibilibus
ab eis grossicie .s. et subtilitate. corpus enim graue
est grossum. spissum et densum. leue autem est
et tenue rarum subtile. propter hanc coniunctionem est
tima quod quod grossicies et subtilitas sunt causa gra
uitatis et leuitatis et in hac ualde quiescat
animus. terram enim que est grauissimum elementorum in
uenimus grossiorem et densiorem. Ignem uero qui est leuius elementorum
inuenimus magis rarum et subtiliorem et media media etc.
uidetur hec opinio ualde esse sufficiens. et est opinio quar
ta in causa grauis et leuis et cum dixit. hec
dixit quod etiam contingit eis contradictio uniuersaliter
contingens opinionibus predictis et dixit. et contin
git ponentibus unum tantum elementum etc. .i. et similiter
contingit contradictio ponentibus unum .iiii.
elementorum aut omnia. aut medium inter ea. secundum
faciunt diuersitatem earum rerum. aut diuersitatem
compositorum ex eis esse propter densitatem et rari
tatem et ponunt densitatem et raritatem esse causam
grauitatis et leuitatis. sicut contingit ponenti
bus hec .iiii. elementa esse composita ex uno elemento aut
ex corporibus indiuisibilibus ut Democritus
aut superficiebus et Plato. Deinde dixit contradictionem
eandem eis et dixit et quod dicunt quod nichil est
graue simpliciter et leue simpliciter .i. quod omnis corporis
non possunt dare causam grauis et leuis
ex quo contingit eis ut nichil sit graue sim
pliciter aut leue et ideo contingit eis hoc quia ponen
tes elementa esse simplicia non composita et quod differunt
secundum raritatem et densitatem recipiunt ea esse
eiusdem nature super quod succedunt sed hec duo .s.

densitas et raritas. et ambo recipiunt magis
et minus et cum ita sit non erunt in elementis due
nature contrarie graue neque leue aut graue simpliciter
et hoc idem contingit ponentibus elementa esse compo
sita ex una materia. Deinde dixit. impossibile quod con
tingit eis ex hoc quod ponunt hec elementa esse
non contrariorum formarum. et dixit. et quod nichil
moueatur ad superius aut ad inferius per se etc.
.i. et necesse est cum hec elementa non fuerint contraria. sed ei
dem nature ut nullum eorum moueatur
ad inferius aut ad superius naturaliter. sed aut secundum
expulsionem a superiori aut collectionem ab inferiori
et sic habebunt eandem naturam. et isti motus
erunt uiolenti. et iam declaratum est sepius
quod isti motus sunt naturales. Deinde induxit eis et
aliud impossibile et dixit. et ut plura subtilia etc.
.i. et contingit cum fuerint eiusdem nature et
solummodo differunt subtilitate et spissitudine
ut corpus magnum subtile sit grauius corpore
denso paruo. u.g. ut aer multus sit grauior
aqua pauca hoc idem contingit dicentibus quod
causa grauitatis est multitudo partium et
leuitatis paucitas et contingit dicentibus uacuum
esse secundum unum illorum modorum hoc idem conti
git eis quia ponunt densum et rarum esse eius
dem nature. quapropter graue et leue apud eos
erunt relatiua. et nichil erit graue simpliciter
nisi ponerent densitatem et subtilitatem aut
ponerent grauitatem et leuitatem esse accidentia
sed ponere densitatem et subtilitatem. cum ipsa
impossibile est ponere grauitatem et leuitatem
sub accidente.

Nos autem dicamus.

Isti igitur sunt sermones an
tiquorum de graui et leui et
secundum hos modos antiquo
rum aut uolumus ante
perscrutari de questione quorun
dam dicentium quare que
dam corpora mouentur sem
per quedam superius et infe
rius naturaliter. prima autem dicere de
graui et leui determinabimus ea et passiones
accidentes eius et quidditatem sit utrumque eorum.

License: cc-by-nc-sa – Scherpenheuvel-Zichem, Abdij der Norbertijnen van Averbode, Archief, Sectie IV, hs. 417, 45, fol. [27]r – Aristoteles, <i>De caelo</i>, with commentary by Averroes (https://fragmentarium.ms/view/page/F-tq1r/9563/70236)